



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Consilia || Salomonis, || Sive || Collecta Salomonis || Axiomata

Maxime Necessaria Homini, ut se ipsum sapienter dirigat ; E Gallico In
Latinum versa, revisa & amplicata per Auctorem, cum Indicibus
necessariis

Cureau De Lachambre, Pierre

Coloniæ Agrippinæ, 1694

12 Homo sapiens attendit ab inertia. Eccl. 18.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37935

134 *Consilia Sapiencia,*
nia deliciarum, & veritates æternorum
dolorum.

Ipsa prudentia Creatoris fecit opus
magistrale, dum formaret earum inge-
nium, & earum faciem, sed ut eas secum
contempleris, oportet vel revocare ten-
pus innocentia, vel expectare diem
gloriae & immortalitatis.

REGULA DUODECIMA.

Homo sapiens attendit ab inertiis
Eccl. 18.

PARAPHRASIS.

Remedium magis ordinarium, ut pro-
servemur ab inordinatis passionibus
est ipse labor.

Homo prudens nunquam est otiosus; sed
non habet quo se occupet, cogitat in
illa qua fecit, & revidet omnes suas
actiones.

REFLEXIO.

A Varus occupatur circa bona huius
mundi: Ambitiosus, ut obtineat
& mereatur honores; Sapiens vult ha-
bere labores, conatur acquirere unam
occupationem ex altera, & providet

suis negotiis magis importantibus & necessariis pro vita humana.

Plus refert carere occupatione, quàm nutrimento. Cui unum vel alterum deest, necessariò peribit: differentia est, quod fame quis moriatur citò & cum despectu, per otium verò lentè & cum pudore.

Quod pejus est, hoc idem otium plus operatur quàm ipsa mors, cum in nobis corrumpat id, quod est incorruptibile & divinum.

Pulchritudo ingenii, bonum naturale, fortitudo animi, & puritas conscientiae habent igneam naturam, quæ non potest durare aut conservari quam per motum & actionem. Est enim illam extinguere, si reddatur immobilis, & id facit otium, quod per suam criminalem quietem destruit plura, quàm tempus per suas agitationes, & cursus, qui omnia invertunt.

Quod tempus per sex mille annos soli facere non poterat, id unus dies otiosus absque agitatione perficeret ad ejus destructionem.

Non

Non oporteret nisi unam horam
adhuc minus ad destructionem innocen-
centiæ & fidelitatis unius animæ, quæ
omnes crudelitates tyrannicæ, & omnes
voluptatum similitates non poterat
corrumpere spatio longorum annorum.

Ubique otium est origo mali. Mos-
tales herbæ, bestia venenosæ, omnes
corruptiones, pestes & fames nascuntur
ex otio, & immobilitate elementorum.

Non inveniuntur peccata ignoran-
tiæ, ipsæ stultitiæ & desperationes, quæ
in animabus, quæ nihil habent quod
agant, nisi tormentare se ipsas. Certum
est id, quod quidam sapiens dixit, quod
pro punitione infinita & æterna alicujus
genii aut animi non sit necesse alius in-
fernus quàm perpetuum otium.

REGULA DECIMA-TERTIA.

*Avocare, & lude, & age conceptio-
nes tuas, & non in delictis. Eccl. 31.*

PARAPHRASIS.

*Interrumpe tuos labores, dum ratio &
necessitas id requirunt, lude & ve-
scea tuum animum per aliquam tem-*

erit.